



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 15. Circa Pensionis impositionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

Ioan. Andr. num. 2. Anton. num. ult. Feder. conf. 195. per totum. Marian. Socin. senior dicitur hanc post questionem late disputatam ad Cap. sicut unire, de excessib. praelat. a. 3. q. 3. a. n. 9.

424 Potest profecto, quia Legatus à latere in provincia sibi demandata est Ordinarius, & eandem cum Episcopo obtinet potestatem. Cum ergo Episcopus hanc potestatem habeat legatus eandem habere debet. Vnde sicut Episcopus facere potest unionem cum aliis beneficiis tum Monasteriis & locis Religioforum. Cap. consultationibus, quamvis Monasterium sit exemptum: tum fabricae Ecclesiae etiam Cathedralis, quia est locus pius & religiosus: idem Legatus à latere poterit. Ita Abbas ad Cap. Sicut unire, de excessib. praelator. n. 5. Gambat. de offic. & potest. Legati. l. 5. num. 4. Rebus. prax. benef. de unionibus, à numero 24. Sanchez l. 7. de cal. cap. 29. num. 158. Garcia p. 12. capite secund. num. 65. Azorius p. 2. l. 5. cap. 29. quast. 14. Riccius prax. fori Eccles. decis. 492. Barbosa p. 3. de potest. Episcopo alleg. 66. n. 4. & alij apud ipsos.

425 Hec sententia verior omnino. Nam in cap. fin. de confirmat. vili, vel inu. non reprobat ut unio à Legato facta: non enim ibi legatus beneficia univit, sed contulit. Reprobatur autem, quod ex collatione sibi facta collatorij praeferendebant in exceptionis in temporalibus & spiritualibus ab Episcopo: quia (ut inquit ibi textus) iura, quae diocesanis debentur per collationes Legati, & confirmationes Apostolicas nec minuantur, nec laeduntur. Abnegat verò soli Episcopo hanc univendi potestatem competere. Nam licet in Cap. sicut unire solius Episcopi mentio fiat, sub illo nomine quilibet iurisdictionem Episcopalem habens comprehenditur Episcopo confirmato, quamvis consecratus non sit. Sanchez l. 7. de cal. c. 29. n. 147. Poterit beneficiorum unio in commune non derogat, sed potius in commune hanc concedens facultatem exequitur.

426 Fruuntur equidem, quia in Cap. sicut unire, ea de causa unio illa ab Abbate facta praecipitur infirmari, quia fuit facta absque consensu Episcopi, cui beneficium subieciatur, ergo à contrario si ex consensu Episcopi unio facta esset, valida foret. Ita Manuel. tomo tertio qq. Regul. q. 80. a. 1. Garcia p. 12. capite secund. num. 72. Sanchez l. 7. de cal. capite 29. n. 160. & plures apud ipsos.

Probabiliorem hanc sententiam esse defendo, quia his Praelatis competunt ea quae Hec nulli sunt a Episcopalis iurisdictionis, haecque potestatem probat. testas univendi beneficia ad iurisdictionem bilis. a Episcopalem pertinet: siquidem competit Episcopo non consecrato, sed confirmato solum.

427 Ceterum condiciones subiecio necessarias, ut unio beneficiorum geri possit. Causa ad unionem requisita est necessaria, vel utilitas Ecclesiae. Cuius cognitionem debet Praelatus praemittere ad unionem. Debent vocari hi, quorum interest, alias nulla erit. Vocandus item Patronus siue ecclesiasticus, siue laicus, collator, seu elector. Rector beneficii vocandus non est, neque defensor, si unio facienda sit tempore vacationis. Accedere debet consensus capituli Cathedralis Ecclesiae in unione ab Episcopo facta, non autem in facta à legato. Exprimi debet valor beneficii univendi, & eius cui est facienda unio. Nō denique requiritur tractatus expostulatus in rerum ecclesiae alienatione. Qualiter verò beneficia spectato iure nono Tridentini possint uniri, competes, si textus sessio. septima c. 4. 6. 7. & sessio 14. capite septim. & sessio 24. cap. quint. & sessio 23. cap. 18. & rursum sess. 24. cap. 13. & 15. & sessio. 25. capite 9. attente perlegeris: quorum expositionem apud P. Ferdinand. de Castro tomo secund. distinct. 6. de benefic. punct. 9. §. servio à n. 1. ad 21. repetes.



PENSIO.

CAPVT XV.

Circa Pensionis impositionem.

DVBIVM CVI.

An pensio spiritualis sit Beneficium?

430 Idem sessio. 1. pensionem dividi in spirituales & temporales. Poterit Nonnulla spiritualis statum Clericalem in pensionario requirit: secus temporalis, spiritualis expostulat spirituale officium ex constitutione Pij V. nempe officij Beatae Virginis recitationem; temporalis nullum spirituale ministerium expostulat. Hinc fit, portionem extractam ex aliquo

DVBIVM CV.

Abbates, & alij Praelati iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, fruuntur ne Beneficia univendi potestate?

426 Tante privilegio, consuetudine immemoriali, aut quadragenaria cum titulo, fere omnes Doctores conveniunt unire beneficia posse, quia haec potestas cum sit iurisdictionis, praescribi consuetudine potest. Quæstio verò est, an secluso privilegio, vel immemoriali consuetudine, huiusmodi potestate fruatur?

427 Non fruuntur, quia in Cap. sicut unire, ubi unio facta ab Abbate de beneficio sibi subiecto, Episcopo committitur, ut confirmet, si velit. Sic plures Doctores relati à Sanchez, & Garcia locis statim allegandis.

Sect. II. De Beneficio Dubia: 87

quo beneficio esse pensionem spirituales si Clerico, quatenus talis est, concedatur: temporalem vero, si laico ob ministerium temporale exercitum, vel exercendam fuerit concessa. Certum est pensionem spirituales beneficium non esse, cum non sit spirituale percipiendi fructus, sed temporale: quale est concessum Hispanis Regibus, qui tertiam partem fructuum ex omnibus fere beneficiis recipiunt ob servitium Ecclesie praestitum in haereticorum extirpatione, aliorumque infidelium: & quale conceditur famulis, ac ministris Ecclesie servientibus in pulsatione organi, canto, ostij apertione, &c. Quæserim vero, num pensio spiritualis Ecclesiastica sit beneficium?

411
Esi benefi-
cium.
Beneficium est, quia beneficium Ecclesiasticum definitur: ius spirituale percipiendi fructus: sed pensio concessa in titulum est ius spirituale fructus percipiendi. Ergo est beneficium. Quod autem non sit ius perpetuum, sed temporale non videtur sufficiens esse, ad diversitatem speciem concedendam. Sic Gambarus de officio legati, l. 6. n. 309. Paul. Roman. de pens. capite sexto num. 34. & cap. 7. num. 16. Andr. barbari. Cap. Ad audiam 2. de rescriptis.

432
Beneficium
appellatio-
nem.
Non est beneficium, nec sub illius venit appellatio, quia decidi videtur in Trident. sessio 21. c. secund. ubi pro ordinibus suscipiendis diversimode loquitur de habente beneficium, ac de pensionem accipiente. Et quia beneficium est ius spirituale perpetuum percipiendi fructus ob spirituale ministerium: beneficium enim datur propter officium. At pensio non est hoc modo ius spirituale perpetuum. Ergo beneficium non est. Ita Azorius p. 2. l. 3. c. 5. q. 2. & l. 8. cap. 5. q. 4. & 5. Tolet. l. 5. cap. 82. num. 2. Gonzalez ad reg. mens. gloss. 5. §. 5. Garcia p. 1. cap. 5. num. 3. & alij antiquiores.

433
Hoc tenen-
dum existi-
mo.
Tenendum omnino pensionem beneficium non esse. Nam ius non est spirituale perpetuum eo modo, quo per beneficium acquiritur. Quia id ius pensionarij vita finitur, neque in ea datur successio: scus in beneficio, quod morte beneficiarij non extinguitur, sed vacat, ut per alios valeat possideri. Et quia spiritualitas iuris pensionis & beneficij est diversa: Beneficium enim semper fundatur in spirituali officio, & ministerio; at spiritualitas pensionis non in officio, sed in persone qualitate fundatur. Non enim pensio concessa in titulum datur ob officium spirituale, tamen illius detur obligatio ex lege: sed datur in subsidium, & alimentum vite.

sumendus velle absque causa beneficia gravare. Azorius part. secund. lib. 8. de an. cap. quinto quest. 8. Garcia parte prim. cap. 5. num. 280. At quando certo constat, Pontificem libera sua voluntate ductum, voluisse beneficia gravare, onus pensionis imponendo, quæserim, an pensio sit valida?

435
Valida non
est.
Valida non est nec obtinens potest retinere, quia Pontifex non est Dominus beneficiorum, neque illorum fructuum: alias sine culpa posset in quemcumque vsum de illis disponere; sed est illorum administrator, & dispensator. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, & Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. At dispensator, & distributor ius non habet dispensandi, ac distribuendi, nisi quatenus vsum fuerit ei, cuius est dispensator. Christus autem Dominus cuius Pontifex dispensator est, non consentit in distributione Ecclesiasticorum bonorum, quæ Ecclesie nocua sit, qualis est pensio beneficiis absque causa imposita: Ergo invalidè Pontifex illam imponit, & invalidè pensionarius accipit. Sic Victoria relect. de simon. numero 50. & 51. Aragon. 2. 2. quest. 63. d. 2. Gambarus de officio legati. l. 10. numero 386. Rodriguez sum. roma 2. cap. 21. Vega parte secund. sum. capite 65. casu 6. Petr. Ledel. parte 2 sum. 17. 7. c. 1. & tr. 12. conclus. 21. Tolet. l. 5. cap. 83. numero 1. Lessius l. 2. c. 34. num. 204. Valquez opuscul. de benef. capite 2. §. 3. dub. 11. numero 68. & alij plures.

436
Valida est.
Valida quidem est, & licitè à pensionario accipi potest, quia negari non potest Ecclesiasticorum bonorum dominium penes Ecclesiam residere, & consequenter penes Pontificem tanquam illius Caput, & superiorem: Ergo si Pontifex hæc bona alienet, validè alienat tamen ipse, & successores revocare id possunt, & debeant. Et quidem esto Pontifex Ecclesiasticorum bonorum dominus non sit, sed solum dispensator, & distributor: si tamen inter Clericos illa bona dispenset, valida est talis dispensatio etiam sine causa, quia non est in substantia contra voluntatem Ecclesie, & Christi: siquidem non est dispensatio extra Ecclesiam; sed solum in modo & voluntate dispensationis est contra Christi, & Ecclesie voluntatē. Ita Cordub. l. 1. qq. q. 21. pun. 21. Az. p. 2. l. 8. c. 5. q. 8. Garcia p. 1. c. 5. n. 275. multos citans Gigas de pensio. q. 6. a. n. 6. & q. 10. Flam. de resignat. l. 6. q. 2. n. 131. & 155. Säch. l. 7. Decal. c. 29. n. 97. Palao 10. 2. d. 1. de benef. p. 11. §. 2. n. 3.

437
Auctoritas
resolutio.
Probabilius mihi est, pensionem à summo Præfule sine causa impositam validam esse, & securè à pensionario accipi licite tamen esse impositā, & à Pontifice revocari debere, profectò esse illicitam, & renocandam probo, quia generale est, quamlibet actionem sine legitimo fine factam illicitam esse: Tum quia contra rationē est, bona Ecclesie dispensare extra fines, ad quæ fuerit relicta; sed fuerit relicta pro bono Ecclesie in augmentum fidei, & divini cultus, ut de se constat. Ergo distributio, quæ in bonum Ecclesie non cedit, qualis est pensionis impositio sine causa, illicita est, & revocanda.

D V B I U M C V I I.

An pensio à Pontifice imposita sine causa legitima sit valida?

434
Nonnulla
suppono.
Certum mihi, si Pontifex putavit, legitimam causam adesse, cum tamen non sit nullam esse concessionem, quia est contra Pontificis voluntatem, qui nunquam est præscob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

DVBIVM CVIII.

Episcopus in illis casibus quibus ei datum est pensionem imponere, potestne eam imponere in Beneficiis, quae sunt iuris patronatus absque patroni consensu?

438
Status
questionis.

Secundum probabilior sententiam (de quo alibi) non potest Episcopus pensionem beneficio imponere, sed solum beneficiario, excepta causa pacis, & concordiae. Quaesitum autem, an in illis casibus quibus ei datum est pensionem imponere, possit imponere eam in beneficiis, quae sunt iuris patronatus, sine patroni consensu?

439
Potest quidem.

Potest quidem, quia nullo iure cauetur, esse necessariam huius iuris patronatus derogationem: & casu, quo necessaria sit, quod non possit Episcopus illam praestare. Verum necessaria non est, quia patrono nullum ex tali pensionis impositione praedictum videtur accedere, siquidem ei relinquatur libera beneficii promissio, fructus vero beneficii patrono non competunt, nisi in necessitate, quae cum non imminet, considerabilis non est, & dato, quod immineret ipse pensionario esset preferendus, utpote qui prius in beneficio ius obtinuit, argum. leg. Potior. & leg. Qui balneum, ff. Qui potior in pignore habentur. At concessio, aliquod fieri patrono praedictum pensionis impositione, unde probabitur, Episcopum carere faciendi tale praedictum potestate? Sic Gigas quest. 2. 3. Gambar. de offic. legati, l. 6. numer. 64. Lessi. l. secund. cap. 34. numer. 207. Azorius p. 2. l. 8. & 8. quest. 2.

440
Non potest

Non potest sine consensu patroni maxime laici. Quia negari non potest, graue fieri praedictum patrono grauando eius beneficium pensionem, etiam si ad solum beneficiarii vitam grauatum sit. Nam tali grauamine posito, beneficium, quod antea appetibile admodum erat, vix est, qui id velit suscipere. At Episcopus hoc praedictum patrono nequit inferre: quia hoc ius regulariter ex fundatione, & dotatione provenit, & Episcopus ultimis voluntatibus praedictare non valet; tum quia hoc ius patronatus à Pontifice est approbatum, ac confirmatum: & iuri à Pontifice concessio Episcopus derogare nequit. Ita R. buf. prax. p. 3. signat. num. 28. & 48. Rochas de iure patron. vers. Honorificum, q. 3. Zechus de benef. & pension. cap. 11. num. 7. v. debet. Barbosa p. 3. de potest. Episcop. allegat. 63. numer. 21. Garcia consentit ex parte p. 1. cap. 5. numer. 359. quatenus dicit, non posse imponi pensionem, quae ad successorem transeat, in beneficio, quod est dicere, non posse imponi pensionem beneficio, sed beneficiario.

441
Cum his opinor.

Cum his opinor, sciens addidisse quandam Garciam limitationem nempe, nisi magna adesset ecclesiae utilitas; tunc enim vo-

cato patrono, & renuente poterit Episcopus pensionem imponere. Crediderim autem raro, vel nunquam adesse posse Ecclesiae eam necessitatem, ut non possit contentus Pontificis postulari, saltem ut pensio ad successores beneficii extendatur.

DVBIVM CIX

Validane est Pensio Ecclesiastica data laico?

Certum laico concedi posse pensionem temporalem ob ministerium temporale Ecclesiae exhibitum, vel exhibendum: & praemissa saepe concedi non ab alio, quam à Pontifice, cuius est, fructus beneficii à beneficio distinguere, & profanos efficere. At de Ecclesiastica pensione est quaestio, an valida sit laico concessa, qui facta concessione clericus effici videtur?

Valida est, quia pensio non est beneficium sed ius quoddam temporale à beneficio ipso separatim: Ergo absque eo quod laici Clericus efficiatur, ei potest concedi. Sic Gigas de pension. q. 28. Graf. decis. 3. nu. 8. de praebend. Gonzalez reg. 8. cancellar. glossa 5. paragrapho quinto numero 25. & plures relati à Garcia parte prim. capite quinto numero 7.

Non est valida, si pensionarius Clericus non sit. Quia ita habet stylus curiae. Et quia pensio loco beneficii assignatur, & ideo pensionarius tenetur Deiparæ Officium recitare. Ita Nanan. consil. 3. de finem. num. 6. Lessius l. 2. cap. 34. num. 203. Azorius p. 2. l. 8. capite septim. quest. 3. Garcia parte 1. cap. 5. numero 10. pluribus Rotae decisionibus comprobans. Tuschus litt. B. concl. 56. numero 5. & 6. Vgolin. de offic. Episcop. cap. 50. §. 6. n. 2.

Hoc vnice tenendum postquam id Pius V. constit. 71. & Sixtus V. constit. 31. fuit hoc vnice declaratum. Igitur abnego, pensionem Ecclesiasticam esse ius temporale: ius enim spirituale proculdubio est. Quia in statu spirituali fundatur, qualis est Clericatus. Et quia ex Pij V. constitutione Officium spirituale habet annexum.

DVBIVM CX.

Sufficitne septem annorum aetas, ut quis Ecclesiastica Pensione donari valeat?

Dixi, Ecclesiastica pensio, nā profana nālam certam requirit aetatem. De Ecclesiastica igitur quaesitum, nā ad ea fructus annu.

Sufficit sane, quia haec aetas sufficit, ad Clericalem tonsuram recipiendam, quae Sufficit est dispositio ad pensionem requisita Capite Nullus, & ibi Glossa, verb. Infans.

Infanti, de temp. ordin. in 6. Neque obstat Concil. Trident. sessio. secund. cap. sexto precipiens, nullam ante decimum quartum annum posse beneficium obtinere, quia non videtur, decretum id ad pensionem esse extendendum, siquidem pensio non est beneficium propriè, & in rigore, & correctio iuris vitanda est, quoad fieri possit. Cum autem ex iure communi septennium esset sufficiens, ut constat ex Cap. Nullus, & ex Cap. Si eo tempore, & Concilium solum de beneficio fecit memoriam, non est, cur ad pensionem debeat extendi. Stephan. Gratian. tomo tertio, discept. forens. cap. 397. numer. 17. Lessius l. secund. cap. 34. dub. 38. num. 203. Zechus de benef. & pension. cap. 11. numer. septim. Riccius pr. de. decif. 430. numer. secund.

448
Non sufficit.

Non sufficit, nec capax & Ecclesiasticæ pensionis quis ante decimum quartum ætatis annum, sicut nec beneficij, quia sic fert stylus curiæ eadem requirunt qualitates pro obtinente pensionem, ac pro obtinente beneficium. At stylus Curie legem constituit. Cap. Quam gravi, de crim. falsi. Et quia pensio loco beneficij solum simplicis substituitur: At subrogatum qualitates habere debet eius, cuius loco subrogatur: unde incapax beneficij, & pensionis incapax esse censetur. Ita Sanch. l. 2. Decal. cap. 28. num. 36. Sà v. Beneficium, num. 30. Garcia p. 1. c. 5. num. 129. Barbosa p. 3. de poss. Episcop. allegat. 60. num. 78.

449
Hanc sententiam probabiliorē esse censet.

Probabilius hoc esse censeo. Nam ita Sacra Concilij congregationem declarasse Doctores citati testantur. Et quidem, esto Conciliū non expresserit pensionem sub nomine beneficij, illam in supra dicto textu comprehendit, cum sit dispositio Conciliaris in favorem Religionis, & in rerum Ecclesiasticarum dignam administrationem constituta: ac proinde extendenda, ut comprehendat pensionem quæ pars beneficij est.

DVBIVM CXI.

An illegitimus sit Clericalis Pensionis capax, absque dispensatione speciali, licet ad Clericatum sit dispensatus?

450
Capax est siue specialis dispensatione.

Capax pensionis est dispensatione ad Clericatum, licet specialiter ad pensionem non dispensetur, quia hæc irregularitas est comparatione Ordinis, & beneficij, non pensionis. Sic Cambarus lib. sexto de offic. legati, num. 284. Zerola prax. Episcop. parte 2. ver. Ordo, q. 4. Gonzalez glos. 5. §. 5. a numero quarto pluribus Rotæ decisionibus id probans. Maior. de illegim. l. 1. c. 20. num. 3.

451
Incapax est pensionis.

Illegitimus Clericus quocum dispensatum non est specialiter ad beneficium, incapax est pensionis. Quia iuxta stylum curiæ habitum in dataria, & cancellaria Pontificis Escoib. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

incapax beneficij, incapax est pensionis. Ita Lessius l. 2. cap. 34. num. 203. Nauar. conf. 11. n. 2. de temporibus ordinis. & conf. 5. de filiis Presbyterorum. & conf. 63. num. 5. de simon. Zechus de benef. & pension. c. 11. num. 7. Garcia p. 1. c. 5. num. 119. Sanch. l. 7. de matr. d. 44. num. 9. & l. 2. Decal. c. 28. n. 36.

Probabilius hoc esse credo. Licet enim prima sententia stando rationi probabilitate non careat, at in executione illegitimo pensio non dabitur iuxta Curie stylum, nisi fuerit ad beneficium dispensatus.

452
Probabilius hoc esse credo.

DVBIVM CXII.

An irregularis sit Pensionis accipiende capax?

453
Nominis suppono.

Sic, reservationem pensionis factam excommunicato, vel suspenso nullam esse, quia ob excommunicationem, vel suspensionem incapax beneficij est: Ergo & pensionis. Azor. p. 2. l. 8. c. 7. q. 2. generaliter de qualibet Censura loquutus. Quæritur verò, an idem dicendum sit de irregulari?

454
Capax non est.

Capax non est. Quia irregularis incapax est cuiusvis beneficij etiam simplicis, ergo & pensionis, quæ beneficij simplicis naturam est. Sapit. Sic Nauar. conf. 63. de simon. n. 5. Flamin. l. 4. de resignat. q. 3. n. 37. Lessius l. 2. cap. 34. n. 203. Vgolin. de irregul. c. 6. §. 1. n. 3. Zerola p. 2. prax. Episc. v. Irregular. §. 8. & v. Pensio, §. 6. Sayc. de censur. l. 6. c. 2. n. 22. Molina de inst. tr. 3. d. 78. n. 2.

455
Capax est.

Capax est, quia probabilis admodum sententia est, homicidam voluntarium (& à fortiori quemlibet irregularem) non esse pensionis incapacem, tamen si incapax beneficij sit, uti sacra Concilij Congregatione cap. 7. Trident. sess. 14. teste Suario de censur. d. 44. sess. 4. n. 39. Ita hic doctor Sapientissimus. Sà v. Homicidium, n. 20. Garcia p. 1. c. 5. n. 136. Palao 10. 2. d. 1. de benef. pun. 11. §. 3. n. 8.

456
Hanc oblige sententiam.

Existimo probabiliter sustineri posse irregularem esse accipiende pensionis capacem. Nam in iis, quæ ex iure positio pendet Cardinalium Sacre Congregationis declarationibus standum. Mihi quæ hæc sententia placet.

DVBIVM CXIII.

An illegitimus dispensatus ad Beneficium obtinendum, censetur, ad pensionem dispensatus?

457
Non censetur.

Non censetur dispensatus ad pensionem, quia dispensatio est stricti iuris: ergo non debet ultra proprietatem verborum extendi. At sub proprietate verbi Beneficij pensio non comprehenditur: Ergo dispensatus ab beneficiū non intelligitur ad pensionem dispensatus. Porro in dispensatione

H 2

est validum argumentum de maiori ad minus, pari, vel simili, ut probat textus in *Cap. ultim. de translat. Pralat.* ubi concessa facultas alicui, ut ad Ecclesiam maiorem transeat, non extenditur ad Ecclesiam minorem, vel aequalem. Ergo dispensatio ad beneficium, etiam maior sit, ad pensionem non extenditur. Sic Gigas q. 18. & 19. Mandosi. de etate minori, q. 2. 3. num. 2. Rebuff. tit. de dispensat. ad plura, n. 65.

458
Dispensatus
conferatur.

Dispensatus absolute ad beneficium, censetur dispensatus ad pensionem, quia per talem dispensationem tollitur inhabilitatis fundamentum: inhabilitas autem ad pensionem in inhabilitate ad beneficium fundatur, eo quod iuxta Curiae stylium inhabilis ad beneficium est inhabilis ad pensionem: Ergo sublata per dispensationem inhabilitas ad beneficium, tollitur ad pensionem inhabilitas. Ita Azorius parte secunda l. 8. capite 7. q. 6. & 8. Garcia p. 1. c. 5. n. 150.

459
Hoc verius
esse putatur,
ad
dignam
limitationem.

Hoc verius esse crediderim, modo dispensatio ad beneficium fuerit absoluta. Nam si esset puto, ad facta esset ad unum tantum beneficium determinata, cum dispensatio, illo accepto finitur, (uti probat Garcia numero 153.) non poterit pensionem obtinere. Imo, si tale beneficium renunciet, existimari non posse ex vi prioris dispensationis pensionem in illo habere. Quia pensio non est pars beneficii, sed ins quoddam a beneficio separatum. Unde sub dispensatione concessa obtinendi illud beneficium cui, non potest comprehendere potestas obtinendi in illo pensionem. Mecum Garcia citat. n. 156.

DVBIVM CXIV.

An dispensatus ab Episcopo ad beneficium absolute, possit quancumque pensionem obtinere?

460
Non poterit.

Non poterit quancumque pensionem obtinere, sed eam solummodo, quam potest Episcopus imponere. Quia pro sola illa videtur dispensatio extendi. Sic Quintana de iuris Ecclesiasticis l. 1. c. 6. num. 6. Zechus de pension. c. 11. num. 9. Gigas de pension. q. 7. Azorius parte secunda l. 8. cap. septim. quest. 6. & 8.

461
Poterit
quidem.

Sic dispensatus, quancumque pensionem poterit obtinere, quia per dispensationem absolute datam ad beneficium, sublata est fundamentum inhabilitatis ad pensionem. Haec enim ad pensionem inhabilitas ex inhabilitate ad beneficium nascitur. Igitur cessante hac inhabilitate quomodocumque cesset, cessat ad pensionem inhabilitas. Ita Garcia p. 1. c. 5. n. 159. & alij.

462
Hoc verius.

Probabilius hoc esse reor. Neque enim obstat, Episcopum non posse ex qualibet causa pensionem imponere quominus dispensans ad beneficium non censetur dispensare ad pensionem, quam ipse nequit imponere, quia haec est dispensatio indirecta, & consequens priorem dispensationem.

DVBIVM CXV.

Si temporis successu minuantur centum pro Rectore, & mille pro Episcopo, quae libera debent manere, pensione soluta: teneantur beneficiarius integram solvere pensionem, si tempore reservationis, & gratia integra centum pro Rectore, & mille pro Episcopo remanebant?

Tenetur integram solvere pensionem, quia gratia Pontificis non debet a futuro eventu pendere, qui singulis annis variationem recipere potest: sed ex tempore data est regulanda: Ergo diminutio successu temporis contingens non potest obstat facere reservationi pensionis. Sic Garcia p. 1. cap. 5. num. 398. Quam doctrinam adeo extendit, ut alserat, non posse beneficiarium petere pensionis reductionem, si ex funeralibus, ingressu Ecclesiae, aliisque emolumentis contingentibus congruam habet, tamen si haec congrua centum in Rectore, & mille in Episcopo non attingat.

Non tenetur pensionem solvere integram, quia centum illa pro Rectore, & mille pro Episcopo assignata ad sustentationem Parochi & Episcopi aequae ad hunc effectum necessariae sunt successu temporis, ac tempore gratiae. Ergo, Ita Rota in una Zamoren. execut. decimar. 2. Maii, an. 1591. coram D. Seraphino, Castro Palao 10. 2. di. de benef. p. 1. l. 1. §. 4. n. 5.

Ego crediderim probabilius, illa centum, vel mille ducata, quae deducta pensione remanere debent, non esse aliter computanda successu temporis, quam in principio computabantur: & cum in principio computarentur ex fructibus certis beneficii, successu temporis sic debent computari. Profecto gratia Pontificis quoad praesentem valorem non pendet a futuro eventu, sed a conditione, cum de praesenti constare possit, remaneantne centum pro Rectore, & mille pro Episcopo. At quoad eius durationem & conseruationem illa gratia pendet ex eventu futuro. Quia annectitur praefatae conditioni, ut remaneant centum pro Rectore, ac mille pro Episcopo: Qua conditione deficiente pensio saltem pro illa parte non subsistit.

DVBIVM CXVI.

Si Beneficiarius qui pensioni consensit, intendit ab onere soluendi Pensionem se excusare, quia non sibi remanent centum libera: ipse competit, onus id probandi?

Non competit Beneficiario onus id probandi, sed pensionatio, quia beneficiarius habet suam intentionem fuisse bene-

467
Non pensionario, sed beneficiario competet.

beneficiario, sed datam, ne beneficium sibi collatum grauetur penſio dummodo beneficium illam valeat ſuſtinere. Ergo quouſque hic probet, beneficium illam ſuſtinere poſſe, ei non debetur; conditionalis enim diſpoſitio non habet effectum, niſi purificata conditione. Neque obſtat, Beneficiarium in penſione conſenſiſſe. Quia ſemper conſentitur conſentire ſub conditione, quod beneficium illam capere poſſit. Sic Rota in quadam Salmantina, caſu 2. & 3. apud Farinac. tom. 1. nouiſ. deciſ. 547.

Competit beneficiario onus probandi, beneficium capere non poſſe penſionem, & non pensionario: alias non poterit ab illius ſolutione excuſari. Quia Pontifex penſionem beneficio imponens, & beneficiarius ei conſentens præſumuntur, actum facere iuri conformem: Ergo præſumuntur eam penſionem imponere, quam beneficium attenta iuris diſpoſitione capere valet. Ergo pro valore penſionis ſtat præſumptio. Ergo qui illam impugnare velit, debet probare præſumptionem falli. Ita Caſtro Palao tomo ſecundo d. 1. de benef. puncto 11. paragraſo quarti. numero ſexto.

468
Placet mihi doctrina.

Hæc mihi placet doctrina. Cui non obſtat reor, conceſſam fuiſſe penſionem ſub conditione, quod beneficium illam valeret ſuſtinere, vt dicamus, pensionarium obligatum eſſe probare contrariū. Quia eo ipſo, quo beneficiarius cōſentit, & ex eius volūate litteræ fuere expeditæ, probatū habet pensionarius beneficium penſione ſuſtinere poſſe: ne dicamus actum à Pontifice vanū, & inutile fieri. Non enim illa conditio, *Dummodo centū remaneant pro Reſtore* ſuſpendit penſionis collationem quouſque à pensionario probetur. Alias nullus pensionarius, exigere poſſet penſionem, quouſque probaret, eam à beneficio poſſe ſuſtineri: quod eſt contra communem ſtylum, & praxim, quæ quidam à puncto collationis ſupponit, beneficium illam poſſe ſuſtinere, præcipue conſenſu beneficiarii accedente.

DVBIVM CXVII.

Cum de Beneficij conſenſu penſio imponenda ſit: Beneficio vacante conſtituendæne eſt, Beneficij deſenſor, qui loco beneficiarii futuri Penſioni conſentiat?

469
Nulla ſuppono.

Etiam mihi, Beneficij requiri conſenſum pro forma: eſſeque invalidam penſionem, quoties de beneficiarii conſenſu non conſtat. Quia non præſumitur Pontifex velle penſionem imponere aliter, quam ipſe imponendam præſcripſit. Eſt autem à Pontifice præſcriptum, vt nulla penſio imponatur niſi de conſenſu illius Beneficij, qui penſionem ſoluere debet: qui ſi fuerit in Curia perſonaliter, præſtet conſenſum, & ſoluit iuramentum; ſin minus per procuratorem, ad id ſpecialiter conſtitutum. Reg.

471. alias 43. Cancellar. Ergo abſque huiſmodi conſenſu vel illius expreſſa derogatione, nulla eſt penſionis impoſitio. Ergo Beneficij conſenſus pro forma habetur. Azorius parte ſecunda. leg. octauo cap. 8. quaſtio ſexta. Hinc ſit, Episcopum, & legatum in iis caſibus, in quibus penſiones imponere valet, nequaquam eas poſſe imponere abſque conſenſu illius, qui ſoluere eas debet. Quia nequeunt præſcripto iuri derogare. Garcia parte prima. capite quinto numero. 320. Iam requiro, an ſi vacanti beneficio penſio imponatur, conſtituendus ſit deſenſor aliquis beneficii, qui in penſionem loco beneficiarii conſentiat?

470
Non eſt deſenſor.

Non eſt conſtituendus in penſione Eccleſiaſtica, Quia assignare Beneficij deſenſorem eſt requiſitum pro rerum Eccleſiaſticarum alienatione: At referuatio penſionis Eccleſiaſticae, non eſt alienatio. Ergo non eſt conſtituendus deſenſor beneficii. Sic Garcia. p. 1. capite quinto numero 320. Addens pro deſenſione penſionis profanae eſſe assignandum. Quia referuatio penſionis huiſce alienatio eſt.

471
Conſtituendus eſt deſenſor beneficii, qui loco Beneficij penſioni Eccleſiaſticae conſentiat. Quia eſto non ſit penſio proprie alienatio, cuiusque naturam imitatur. Et quia aliquis eſt obligandus ad penſionis ſolutionem, qui non poteſt eſſe alius, niſi qui fuerit beneficii deſenſor, ac fructuum cultos: Ergo ex illius conſenſu penſio eſt imponenda iuxta præſcriptam Regulam Cancellar. Ita Ferdinand. de Caſtro tom. ſecund. d. 1. de benef. puncto 11. paragraſo quinto numero ſecund.

472
Probabilior eſt crediderim.

Hanc ſententiã amiſiſſimi Doctores probabilior eſſe crediderim. Quia Reg. illa abſolute habet, vt oblique conſenſu illius, qui ſoluere debet penſionem nullatenus litteræ penſionis expediantur. Ergo ſupponit ſemper debere ad eſſe aliquem obligatum ad penſionis ſolutionem, & ex illius conſenſu litteras expediri. Neque Regula diſtinguit, an penſio imponatur in beneficio vacante, an non vacante ea grauetur.

DVBIVM CXVIII.

Si beneficio reſignato Penſionem imponas, credens liberum eſſe, validane eſt Penſionis impoſitio?

473
Valida eſt.

Si bona fide quis credat, beneficium alia penſione grauatam non eſſe, cum tamen grauatam alia ſit, ſecunda penſionis impoſitio valida erit, quia capax eſt, (vt ſuppono) beneficium vtriuſque oneris, & bona illa fides firmat actionem. Sic nouiſſimi Doctores, quos præſo nomine memorat Palao t. 2. d. 1. de benef. punct. 11. §. 3. n. 6.

474
Non eſt valida.

Secunda penſionis impoſitio non erit valida quia ſi ſciat Pontifex, beneficium illud grauatam eſſe penſione, ſortè penſioni denno impoſita, non conſentiret. Ita Palao ibid.

H 4 Gamba

Gambardus de officio legati l. 6. n. 126. Azorius p. 2. l. 3. c. 9. q. 3.

475 *Hic proba- bilis esse reor.* Probabilis hoc esse existimo. Nam iuxta Curiae styli Pontifex vel pensionem secundam non admitteret, maxime in tanta quantitate: vel saltem difficillime consentiret. Ergo praesumendum est, ex errore praebere consensum, ac proinde eam impositionem esse nullam.

DVBIVM CXIX.

Cum de Pensione est facienda mentio, debetne eius valorem exprimere?

476 *Debes qui- d. m.* Debes quidem, quia in Reg. Cancellar. de exprimendo valore beneficiorum, dicitur, exprimendum esse valorem aliorum quorumcumque beneficiorum: sed sub dictione generali cuiuscumque beneficij pensio intelligitur, ut multis allegatis, docet Sanchez l. 2. Decal. num. 2. 3. & 9. Certè eadem ratio videtur esse de pensione, ac de beneficio: cum loco beneficij succedat. Sic Garcia p. 1. cap. 5. num. 101.

477 *No debet.* Non debes necessario valorem pensionis exprimere, excepto casu quo in beneficio pensione gravato novam pensionem velles constituere, quia praefata Reg. Cancell. expresse loquitur de impetratione beneficiorum: ergo non est extendenda ad pensionis impetrationem. Verùm si illa Regula extenderetur ad pensionem, in cuiuscumque impetratione esset mentio faciendi de pensione, & eius valore: sicut faciendi est in impetratione cuiuscumque beneficij: sed, ut ipse Garcia tenet, in impetratione pensionis onerosae non est necessario faciendi mentio de obrentis: ergo signum est supra dictam Regulam ad pensiones non extendi. Ita Gigas de pensio. quest. 67. concl. 6. Rota in una Abulen. beneficij de Mobilian, 30. Octobris 1595. quam decisionem refert Garcia p. 1. c. 3. n. 299.

478 *Verior hac est opinio.* Verior hac mihi opinio. Est enim aliquando sub dictione quorumcumque beneficiorum pensiones veniunt: minimè obstat, quia hoc est in materia fauorabili, non in odiosa; & casu quo aliunde non limitetur, ut in praesenti, limitatur ex dictione aliorum quae similia replicat, non dissimilia, & impropria, quales sunt pensiones comparatione beneficiorum ex leg. si fugiui iunila Glos. fin. communiter approbata. C. de servis fugiivis. Dixi, Excepto casu, quo in beneficio pensione gravato velles novam pensionem constituere. Quia tunc valor pensionis est exprimendus, ne contingat beneficium ultra vires gravari.



CAPVT XVI.

Circa Beneficij, & Pensionarij in Pensionis materia obligationem.

DVBIVM CXX.

Succedens in beneficio gravato Pensione teneturne solvere Pensionem decursam antecessoris tempore non solutam?

479 *Certa solutio.* CERTUM est, Beneficium sub gravi culpa tenet pensionem sub beneficio impostam solvere, quia pensio est portio extracta à beneficio pensionario applicata: & in literis pensionis sub gravissima excommunicationis ipso facto incurrendae poena, & privationis beneficij: solutio eius imperatur, quod verum est non solum de Beneficiario primo consentiente pensioni, sed de quocumque illius successore. Unde beneficio vacante Ecclesia fructus percipiens, tenetur pensionem solvere. Dubito tamen, an succedens in beneficio pensionem gravato, teneatur solvere pensionem decursam tempore antecessoris non solutam.

480 *Non tenetur.* Non tenetur, quia successor in beneficio nullos fructus illius temporis percipit, neque habet beneficium ab antecessore, sed à Pontifice. Cur ergo obligandus est ad pensionis solutionem. Certè pensio fructibus illo tempore perceptis erat annexa, & quae de causa beneficij illos percipiens, conveniri poterat: ergo non successor in beneficio. Sic Seccialop. de pensio. qu. 11. Gambardus de officio legati l. 6. q. 11. n. 441.

481 *Tenetur quidem.* Tenetur quidem, quia aequum non est, pensionarium privati iure sibi debito: & successor in beneficio suscipit onus beneficio quidem annexum, & consequenter suscipit pensionis solvenda obligationem. Neque valet dicere, pensionem esse onus beneficij non ut cumque, sed sibi illis fructibus, qui tempore decursae pensionis fuerint percepti, quia pensio non annexatur determinatè his, vel illis fructibus: sed quibuscumque fructibus beneficij: dum soluta non est. Ita Gigas de pensio. q. 39. Azor. p. 2. l. 3. c. 8. q. 14. Garcia p. 1. c. 5. n. 191.

482 *Autem solutio.* Ceterum mea ex horum mente resolutio est, si Beneficiarius, vel eius haeres conveniri possunt pro pensionis decursae solutione, esse resolutam. conveniendos priusquam successor conveniatur, quia illi sunt directè obligati, maxime si fructus aliquos beneficij retinent: tunc enim hypothecaria actione conveniri queant. Neque aequum est, ante horum excorsionem ad successorem decurrere, qui nullos fructus beneficij percepit, & solum videtur obligatus.